Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



II

Claudite ianuas & clauserunt ianuas & precepi ut ne aperirent eas usque post sabbatum & de pueris meis constitui super portam ut nullus inferret onus in die sabbati & remanserunt negotiatores & vendentes omnis uenalia foris uel in semel & bis & contestatus sum eos & dixi eis quare manetis ex aduerso murum si secundo hoc facietis manum mittam in uos. Ita ex tempore illo non uenerunt in sabbato. Dixi quoque leuitis ut mundarentur et uenirent ad custodiendas portas & sanctificandum diem sabbati & pro hoc ergo memento mei deus meus & parce mihi secundum magnitudinem misericordiae tuae. Sed in diebus illis vidi iudeos ducentes uxores azotidas ammonitidas moabitidas & filii eorum ex media parte loquebantur azotice et nesciebant loqui iudaice & loquebantur iuxta linguam populi & obiurgabam eos & maledixi & cecidi ex ipsis uiros de ceteris eos & adiurabam in domino ut non darent filias suas filiis eorum et non acciperent de filiabus eorum filiis suis & sibimet ipsis dicens. Numquid non azotice inhiscendi reficiebant salomon rex israel & certe in gentibus multis non erat rex similis ei & dilectus deo suo erat et posuit eum deus super omnem israel & ipsum ergo ad peccatum duxerunt mulieres alienigenae. Numquid & nos inobedientes facimus omne malum grande si ut praeuaricemur in domino deo nostro ut ducamus uxores peregrinas. De filiis autem ioiada filii eliasib sacerdotis magni generi sanaballat horonites quem fugam ame. Recordare domine deus meus aduersus eos qui polluerunt sacerdotium ac sacerdotale & leuiticum. Itaque mundabam eos ab omnibus alienigenis & constituebam ordines sacerdotum & leuitarum unumquemque in ministerio suo & oblationem lignorum in tempore constitutis & primitiis. Memento mei deus meo

Explicit liber nehemie. Incipit hester

Et fecit ezechias pascha in hierusalem domino et immolauit pascha die xiiii lunae primi mensis. Statuens sacerdotes principes stolis amictos in templo domini & dixit leuitis sacris seruis israel ut sanctificarent se domino in positione arcae dei in domo quam edificauit salomon filius dauid regis. Non erit uobis tollere super humeros eam & nunc deseruite domino deo uestro & turam israel ite gentis illius israel ex parte secundum patres & tribus uestras. Secundum scripturam dauid regis israel & secundum particulam principatus patrum eorum qui stant in conspectu fratrum filiorum israel in molate pascha & sanctificate patribus uestris & facite secundum preceptum domini quod datum est in manu moysi. II

Et donauit ioias populis omne numerum inuenta inuenta est. Oues agnorum & edorum & caprarum xxx milia. Iuuenes tria milia. Hec de regalibus data sunt secundum promissionem populo & sacerdotibus in pascha. Oues duo milia ac